

61205/P

[BURTON (John)]:

... (Greek) ...

Oxonii, 1755

First edition.

ΤΟΥ ΣΕΜΟΣ ΝΕΡΟΝΤΟΣ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΥΣΩΝ

ΜΕΤΕΦΗΤΑ :

(TRANSLATION)

22
6198
13
55 A
120
L


ΤΟΥ ΔΕΙΝΟΣ

ΝΟΣΟΥΝΤΟΣ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΟΣΟΥΝΤΩΝ

ΜΕΛΕΤΗΜΑΤΑ.

*Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.*



W. Cole sculp. fecit.

OXONI,

E THEATRO SHELDONIANO,

Impensis JACOBI FLETCHER, Bibliop.

Prostant apud J. & J. RIVINGTON, Lond.

MDCCLV.

350960



LECTORI S.

LIBET tecum, Lector benevole, paucis præ-
ludere. En tibi legenda exhibentur μελετη-
ματα, quæ quidem ó deus noster diversimode
scripsit, non tam de industria ingenii laudem quærens
aliquam, quam animo obsequens suo, & e prolusioni-
bus hujusmodi molestiarum levamen petens honestissi-
mum. Eodem plane affectu consilioque usus Editor
in lucem nunc prodire jubet; ita tamen ut rem
tibi nec ingratam nec inutilem facturus videatur.
Quid autem? quid ipso in limine moraris, & pro
consuetudine forsitan scriptoris anonymi nomen quæ-
ris? profecto, mi homo, curiosius id facis quam
causa postulat; quin ipsa potius scripta mecum re-
cognosce: siquidem in illis nihil homine ingenuo &
liberali vel etiam Theologo indignum compereris,
quid est quod & te Lectoris, & me Editoris officio
functum pœniteat?

Ego quidem in republica literaria civem me ver-
sari sentio ita animatum, ut quacunque in re pro-
desse me posse existimem, in ea libenter operam om-
nem impendam: atque adeo, M. T. Cicerone usus
autore, cum stili, qui est optimus & præstantissi-
mus dicendi effector & magister, in genere diverso
exercitationem continenter adhibendam præceperim,

id interim egi sedulo ut præceptis atque cohortationibus exemplorum quoque lumen quoddam accederet; & proinde ut scriptionum diversa linguis, dictione, metroque exemplaria, quæ in manus venerint suo quæque genere præstantissima, in medium prodirent scribentium usibus accommodata; & eo præcipue consilio, ut adolescentes literarum studiosi, tum subsidiis hisce instructi, tum etiam incitamentis provocati, ad honestam alienæ laudis æmulationem erigerentur, in eodem curriculo ingeniorum vires periclitarentur, & quas haud frustra admirantur, scriptiones imitando exprimere & exsuperare contenderent.

Atque utinam, qui ingenii & eruditionis fama florent maxime, iidem animo magis liberali rebus nostris succurrerent, nec, quæ in materie diversa præclare scripserint, ea nobis fastidiosè inviderent: sed potius in communem usum fructumque efferre non dubitarent, laudesque recognoscerent suas cum utilitate publica conjunctas. Interea vero hac in parte mihi laudanda videtur illa hominum nostrorum curiosa sedulitas, quæ avædota pleraque e scribentium latebris hinc & inde conquesta produxerit, & quidem permulta notæ melioris poemata, alioquin forsitan peritura, ab interitu vindicaverit. Hoc ipsum meditans cupiensque libellulum hunc lectioni commendo tuæ: an hac in parte opera fuerim abusus mea, disquisitione habita tu judex videris.

Quid

Quid enim? an rei novitas placet? an rariusculum quiddam & singulare requiris? haud sane eo nomine sua opusculo deerit commendatio. Vide enim ipsam Scriptionis occasionem, &, quæ aliquando scribenti insidebat, affectionem plane singularem. Ecquid ea rarius & inusitatius nosti? en, quod mireris, homo febre perustus, exsanguis, vigiliis, inedia, & medicinis prope enecatus, in hac rerum suarum trepidatione & discrimine ultimo intrepidus & tranquillus ita animo imperavit suo ut cogitationes turbidas in ordinem, & quidem metri vinculis astrictas componeret, &, in carcere suo Manl. Sever. Boethii mores & studia secutus, e philosophia malorum consolationem & remedia depromeret, musasque haud invitatus in subsidium & oblectamentum vocaret, ægritudines in carmina effunderet, atque adeo ipsis e doloribus dolorum lenimen quoddam placidissimum eliceret. Quidni hic cum Horatio exclamare libeat, O te, Bollane, cerebri felicem, qui cum insania tua neutiquam insanieris; cui in corpore morbido & moribundo mentis interea sanitas constiterit illæsa; qui etiam in asperitatibus rerum lusui haud illiberali vacare potueris, ita ut ingenii febricitantis æstus in furorem quendam poeticum ultro transfusus effluerit. De pathemate hujusmodi quid statui oportet haud facile dixeris: unde homini sic affecto tam rara contigit felicitas? Vobis præcipue, O Medici & Physiologi, qui sapientiæ

*cujusdam profundioris speciem verbis voltuque præ-
tenditis, problema hoc expediendum relinquimus.*

*Ne autem nugas tibi venditare videamur, ip-
sum opusculi hujusce Argumentum perpende : haud
leve quidem illud aut vulgare, sed arduum & cu-
ra severiore dignum ; quale tibi haud temere in-
cussert sollicitudinem nec injucundam nec infruc-
tuosam. Nempe tua res agitur, dum aliena descri-
bitur ; &, siquidem animo tuo aut humanitatis, aut
amicitiæ, aut pietatis sensus aliquis insederit, ad te
cognitionis quodam jure dolores translati redundant.*

*An porro Varietatis gratiam quæris ? hæc certe
in spatio brevi tibi exhibetur uberrima : vide enim
scriptionis colorem & figuram, non unam illam sim-
plicemque, sed pro re nata variam & multiformem,
permulta genere & specie discreta, Vernacula, La-
tina, Græca : en linguarum stili metricque diver-
sitatem, quæ saltem legenti tædium minuere, vel
forsan acumen criticum non frustra exercere po-
tuerit !*

*Quinetiam hoc mecum denique recognosce ; nem-
pe quam pauci in hoc scriptionis genere præclarum
aliquid effecerint : ex quo illius difficultas intelli-
gatur. Quid autem ? forte inquires : “ inest gran-
“ de dolori ingenium, & mira quædam sententia-
“ rum & verborum copia ; neque Scriptori facilior
“ & paratior ulla videtur laus quam in causa hu-
“ jusmodi, in qua difficile est omnino non scribere.*

—Itane

—Itane vero? at experiendo mecum una senties in qua re animus vehementius commovetur in ea quam difficile sit in scribendo modum tenere. Itaque ergo tam pauci id ipsum, in quo scriptiois vera laus continetur, attigerunt. Utrobique scilicet objicitur discrimen anceps, & peccandi periculum. Delicata quædam res est ægritudo; nihil mediocre nihil vulgare recipit patiturve: ipsa in taciturnitate nescio quid εμφορικωτατον spirat: aliquando etiam in querelas teneriores solvi gaudet, & lacrymas elicit Simonideas, πολυδακρυον ἄδοναν, flebile gaudium, tristitiamque dulcedine quadam temperatam. Equidem το παθηλικον, veluti totius animam, ubique dominari velim; nec minus interim stili castitatem & continentiam quandam servari: & profecto haud paulum interesse censeo, an ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria. Dolor fictus & affectatus spiritu poetico ut plurimum destituitur, rerum evanida languet adumbratio, & nimium castigata friget descriptio. At vero altera ex parte Dolor genuinus plus æquo exuberare gestit latiusque se effundere & exultare, & in effrænem quandam verborum licentiam & luxuriam præcipitari. Inde adeo præcipue Elegorum scriptoribus hoc incommodi toties contigisse videmus, ut, in quo sibi placebant maxime, in eo lectoribus minus placerent; cum nempe affectibus suis plus tribuerint quam iudicio alieno, & plerumque minus nota pro notiori-

bus & domestica pro publicis & extra causam nimis multa male officiosi ingesserint: ipsa profecto dicendi copia inopes fecit & indisertos; ita ut in loquacitate tanta veræ interim eloquentiæ laus desideraretur. Quæ cum ita sint, qua in re difficile est non peccare, in ea leviter & non ultro peccanti venia facilior indulgeri debet. At vero siquid hac in parte ò deus noster feliciter assecutus fuerit, est profecto quod sibi gratuletur, & quicquid præter spem laudis obvenerit, id omne lucro apponat.

Hæc adeo præfanda duxi ne forte viderer tibi leviuscula in re operari temere collocasse; utque porro intelligeres siquidem ullatenus valeat argumenti ipsius dignitas, aut scribentis affectio singularis, aut denique scriptionum hujusmodi novitas, aut difficultas, aut etiam varietatis gratia, ex omni parte causas totidem occurrere, quæ opuscula hæc pro merito suo e scriniorum latebris in reipublicæ literariæ lucem evocarent.

Quinetiam rationes quædam privatæ & fortuitæ accesserunt quibus fateor me adductum ut hoc ipso tempore id fieri studiosius cuperem. Nuper enim rusticanti mihi cum recens doloris domestici vulnus recrudesceret, animusque ingrata sollicitudine totus occuparetur, haud sane incommode mihi μελετηματα hæc in manus venerunt: pro eo, qui tum erat, colore mentis, umbram & solitudinem potius quam solem & celebritatem quærentis, haud parum placebat

bat illa rerum tristissimarum concolor descriptio; placebat meditationum severitas tranquilla, & sententiarum pondus, tum etiam stili rythmorum varietate exultantis castigata luxuries. Videbar ego mihi cum ægrotantibus & afflictis haud illibenter versari, cognata sentire damna, & in doloris translatici societatem admitti; homo cum sim nihil humani à me alienum puto:

Sunt lacrymæ rerum & mentem mortalia tangunt.

Et quemadmodum tenebrarum, solitudinum, & periculorum in tabula descriptus horror sequaces trahit oculos, animumque affectu dubio suspensum ita conturbat & percellit, ut etiam recreet & oblectet, sic, quæ humanitus acciderint, rerum etiam luctuosarum historia ipsius humanitatis cognatione quadam devinctos tenet, & sensibus nostris atque judiciis se insinuat. Ut Pictura, Poesis quoque animum capit, & imaginum varietate amabiliter delusum ab omni molestiarum sensu ad tempus abducit. Mæstitiæ præsentis oblivionem inducit præteritorum haud insuavis recordatio: quæ perferre pigebat, mala eadem postmodo incolumes meminisse juvat; & tempestatem exhaustam multo jucundior subit tranquillitas.

Inest profecto curis severioribus dignitas quædam, quæ reverentiam conciliat, quæ ingenii temere lascivientis ineptias castigat, & rerum pondere ipso impresso locum sibi vendicat, & etiam invitis se commendat:

mendat : Ut in Musica, graviores toni non tam auribus illis adblandiuntur, quam interiores feriunt sensus, mentique animoque se ingerunt, & affectibus sedatis dominantur. Quid Tragedia? etiam, dum το ελεεινον και Φοβερον ingenerat, nonne itidem oblectamenti quiddam una admistum affert; nempe lacrymas tibi exprimit; sed eas, quas tu nullo fere pretio cohiberi velles. Quid porro MILTONII Penferoso? qualem tibi legenti sive tristitiam sive tranquillitatem obrepere docet, ita ut, uno quasi in obtutu defixus, aliquandiu te tibi surripi gaudeas, liberum & otiosum & sollicitudine placidissima perfusum huc illuc expatiari? Nempe ut laborum, ita & lusionum quotidianarum & gaudiorum tumultuantium aliquando satietas subit & fastidium: aliquando gestit animus conquiescere, è celebritate strepituque in otium & solitudinem, è sole & pulvere in umbram imo & tenebras recedere, sibi totus vacare, & secum una philosophari. Aliquando placet & subfuscus vitæ color, imo pene dixerim &, ille Morbus Anglicus, Melancholia; ea certe, quæ Miltoni carmine elegantissimo describitur, Matrona gestu composito decora, vestitu pullato venerabilis, aspectu non molli aut blandiente nec tetrico nec inamabili, sed placide severo, sed reverendo; Matrona, meretrici dispar atque discolor, ab impura levitate omni prorsus abhorrens: quam sequitur nocturna comes, philosophiæ nutrix, Meditatio, animique se-
ipsum

ipsum castigantis quasi in nodum collecta Cogitatio. Severitati huic tranquillæ propria quædam inest gratia & dulcedo, ipsâque è tristitia hujusmodi bene temperata, nescio quomodo, voluptas quædam delicata nascitur. Sylvas caligantes formidine demulcet Philomelæ cantus, attentam aurem animumque capiunt querelæ suavissimæ, noctique inamænæ miram affundunt amœnitatem: Haud aliter animo languenti Musa philosophica medicinam amabilem adhibet, efficitque ut horror omnis mitescat, & ipsæ ægritudines minus displiceant.

*Quamobrem desine mirari siquando æger animi & perturbatus in his Meditationibus defixus con-
quieverim, in illarum lectione ita versatus ut ex-
inde curarum levamen & solatia peterem, atque
adeo scribenti comes assistere viderer, illius in par-
tes tanquam Advocatus ultro transire, illius affec-
tus omnes ad me transferre profecto à re mea haud
alienos, cum illo una malorum quasi vestigia relege-
re, pristina renovare pericula,*

— Quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

*Quid in Carthagine Æneas è naufragio hospes at-
tonitus? qualem illi affectum inesse dicas, dum pic-
turato in pariete*

*Defixus videt Iliacas ex ordine pugnans,
Se quoq; principibus permistum agnovit Achivis?
Scilicet animum pictura pascit inani, hoc medita-*

tionum pabulo refici se & recreari sentit, ita ut, qui jamdiu inveteraverant, dolores spectaculi recentis admiratio prorsus absorberet, & è præteritorum memoriâ instantium malorum consolatio quædam suboriretur. Quidni Ego itidem animum picturâ inani pascerem, & ex historiâ flebili aliquid excerpere, quod mihi usui fuerit vel oblectamento? quidni fraudem hanc bellissimam mihi ultro fieri patiar, & hoc mentis errore gaudeam gratissimo, qui mihi molestiarum sensum omnem fefellerit vel lenierit? Scitum profecto illud est ita philosophari posse, ut incommodis ex alienis imo & tuis aliqua compares commoda: quod ipsum mihi hâc in re ut contingat velim. Nollem certe, præter quæ res ipsa fert, alia insuper mala accersere; sed quæcunque humanitus acciderint ea patienter feram, aut arte corrigam; donec aut longa dies dolori callum obduxerit, aut novæ occupationes quædam interjectæ animum, quasi sui immemorem, à curis molestioribus avocarent. Non mærore vano me prosterni, aut otium mihi prorsus languere patiar: cogitationum pabula quædam generosa quæro, materiemque dignam, in qua mentis & ingenii vires exercitentur, ita ut studiis liberalibus occupatus animus sibi placeat lusu delectatus suo; atque adeo, quicquid habet miseriæ domesticæ, id omne aliorsum traducat ejiciatque, & tanquam ex peregrinatione aliquando tranquillior & hilarior ad se redeat.

Ab homine quidem Christiano unde certissima ægritudinum

*gritudinum siue remedia siue solatia hauriri possunt
& debent, experiundo sentiens mecum una intelliges,*

Εἰσιν δ' ἐπωδαὶ καὶ λόγοι θεληκτικοί·

Quid enim divina docent oracula? Ecquando animus tibi male se habet? ecquando dolorum aculei uehementius cruciant? quid restat? in Deo fiduciam repone omnem: huc animum aduerte totum; hinc tibi è tenebris lumen affulgebit, in re desperatâ salutis spes unica, vitæque demum vitalis gaudia. Num vere philosophari cupis? en sapientiæ cælestis dogmata & præcepta τὰ δωαμενα σοφισαυ εἰς ζωῶν αἰωνίων. Mortalis immortalitatem cogitationibus & desideriiis amplectere, fatisque contraria fata rependens corporis fragilitatem & ruinas discere minus perhorrescere. En ψυχῆς ἰατρειον, disciplinam salubrem certe, sed nec ingratham; quæ, humanâ sorte major & ingenio, corda subigit excutitque, ostendens tibi te, curarum lenit acerbitates, & te tibi reddit amicum.

En materiem, cui pro dignitate suâ verbis ornandæ non ipsa M. Tullii eloquentia suffecerit! Per multa quidem ab illo de philosophiâ suâ morali in Tusculanis præclare dicta accepimus: sed quanto verius & magnificentius eadem de sapientiæ nostræ cælestis laudibus prædicare potuisset? Vide quo te deduci velim, — ad id ipsum, quo nihil in votis studiisque prius potiusve posueris; quippe quo nihil ad felicitatem veram consequendam accommodatius.

Verum enimvero ex omnibus, quæ aliunde petuntur, hanc certe, quam Musa philosophica præstat, animi remissionem longe humanissimam & liberalissimam jure existimabis. Aliquam sane levationem requiemque ægritudo omnis desiderat: in querelas, gemitus, lacrymasque solvi impotentis est animi & mollitiæ plane muliebris: mala vero perferre, contemnere & superare posse est cujusdam sapientiæ singularis & fortitudinis; sed consilio regere & moderari, meditando lenire & consolari, atque adeo tristitiæ serenitatem quandam affundere — illud est præclarum quoddam Philosophiæ opus, non quidem illius jejunæ, subtilis & contentiosæ, quam apud Græcos veteres Sophistæ coluerunt, sed illius, quam Socrates è Scholis in vitam civilem, usumque reipublicæ communem traduxit: quam M. T. Cicero non sine exultatione quâdam vitæ ducem, morumque magistram agnovit: cujus ad bene beateque vivendum vis latissime patet, cum animorum motus omnes tranquillet, & ipsi fortunæ dominetur, casus etiam adversos corrigat, & è malis eliciat bona, vitæque demum tenorem & decursum æquabilem conservet; quemadmodum Ars Musica lenia cum severis, acuta cum gravibus temperans varios æquabiliter concentus efficit. En efficacem animi ægrotantis medicinam! huic disciplinæ te assuescere atque ita demum philosophari velim, ut verus aliquis sapientiæ fructus quæeratur cum ingenii laude conjunctus.

Quare cum M. T. Ciceronis mentio toties inciderit, video mihi occasionem haud incommode oblatam, ut, quod de operibus illius philosophicis magnifice sentio, id libenter prædicem; atque adeo juventuti præsertim Academicæ præ cæteris quibuscunque studio acri & constanti legenda imo & animis inserenda commendare non dubitem; non modo, quia ex iis & multa sapientiæ dogmata & ad mores regendos & conformandos præcepta saluberrima hauriri possunt, verum etiam quia hoc æquabile & temperatum dicendi genus absque offensione ullâ in obvios hominum sensus atque judicia incurrit, ad omnium captum usumque communem accommodatius, ac proinde faciliùs imitatione consequendum. Quam mira in eo philosophante cogitationum celeritas atque comprehensio, rerumque perceptarum perspicuitas & lucidus ordo? in promptu verba & sententiæ, quasi in medio positæ, quales ad quamlibet fere rem tuam aptissime transferas! Quin hoc age sedulo, ita ut lectiõni institutæ accedat insuper stili exercitatio nec infrequens nec indiligens: senties transfusam ultro insinuari dictioni novam quandam puritatem & elegantiam, atque adeo demum effici genuinum orationis Latinæ colorem & figuram. Vide id ipsum quod in scriptoribus hodiernis ut plurimum desidero; quod quidem desideratum hæc præcipue operâ corrigi vel suppleri velim. Hoc proinde consilio Ciceroniana hæc nostra præ cæteris studiosè legenda tibi commendamus: non oratoria quidem illa, quæ & laude &

ingenio

ingenio nostro majora imitationem omnem fulgore suo extinguunt obruuntque, sed philosophica, sed exemplar quoddam imitabile, sed quæ, ad mores usumque communem pertinentia, Ciceroni filio pater prudentissimus studiose legenda commendavit. De utrisque vero ipse auctor, quid sentiat sic mecum collige; nempe ut illa quidem sint splendida magis & magnifica, plus gloriæ & admirationis habitura, at hæc nostra plus sapientiæ & utilitatis, imo & quantum satis est, eloquentiæ.

Quare siquidem M. T. Ciceronem pro se & sua loquentem audire velis, non ad Forum, non ad Curiam, non ad Tribunalia te voco, ubi auribus attonitis clamor quidam obstrepit, ubi ad ambitionem, & ad aliena potius judicia componitur illa flexanima oratio; sed in ruris otium & solitudinem, in Tusculanum te comitem abduco. Juvabit ibi colloquiis interesse, quibus nihil fingi potest liberalius honestiusque; juvabit hominem audire doctissimum de rebus gravissimis graviter & distincte, cum dignitate simul & familiariter differentem, quicquid dignum sapiente bonoque, quod & ipse sentit, quod tibi placeat simul & profit. Oratori Romano laudem quanta quanta fuerit, minus invidemus; at eundem philosophum rusticantem, & sapientiæ magistrum, non admiramur modo, sed etiam ut amicum quendam & familiarem amamus.

Hic forsitan interpellans inquires, quorsum hoc de M. T. Cicerone *πεισοδιον*? horsum nempe, ut occasione quâvis oblatâ non frustra submonerem quæcunque

cunque juventuti literarum studiosæ usui fore existimarem; ut scribentibus hoc e penu deprompta aptior uberiorque tum sententiarum tum verborum copia & delectus adesset. — Verum enimvero quidni Ego hâc in parte animo obsequerer meo, & hoc studiorum genus testimonio meo qualicunque commendarem, in quo, per dies aliquot haud frustra versatus, ægritudinum quæ inciderant levationem quandam & solamen liberalissimum reppereram? & fortasse porro tibi ingratus & immemor benefici viderer qui Ciceronem philosophantem pro meritis non prædicarem, nec aliquid illi de suo rependerem, qui mihi hanc ipsam dicendi materiem & facultatem suppeditavit.

Video te jam ad finem properare, & quid, inquis, hoc rei est? ó δεῦρα ἄπει τὰ δεῦρα? — & quid porro de tantilla re tam multa? — Imo vero hoc id ipsum est quod volui: profecto & Scriptoris & Editoris anonymi causa est eadem; nec hujus nec illius gratia ulla aut autoritas — sed nec odium nec invidia; eam, quæ in nomine solo, quæ sentio quàm sit exigua, continetur, commendationem non quærimus — sed nec in offensiones incurrimus: res ipsa potius pro se loquatur. Interim, quam aliis sæpe præcipio, stili exercitationem nolui ipse defugere; quæ pro re natâ in mentem venerunt cogitationes calamo exaravi; libuit nempe tecum, lector benevole, paucis proludere: at sentio prolusiones nostras in latius excrevisse quàm instituti ratio postulavit, & eas fortasse identidem nimis juveniliter exultantes; facile veniam dabis siquid

nimis

nimio placendi studio fuerit peccatum. Scriptionum certe exempla in genere diverso rariora exhibentur; scitum est periculo sapere alieno, ita ut siquid laudabile videatur id ad te transferas, siquid vero secus, ut devites sedulo.

Interea τῷ θεῷ nostro hęc in parte mecum una gratiam habebis, quod aliqua saltem lectione tuā studioque dignissima indigitavit, cum aliorum quorundam poemata in subsidium citata sic laudaverit ut suis potiora recognoverit. Et sane nefas foret non ἔ illud etiam accensere nuperum de immortalitate Animæ vere Lucretianum sive potius Virgilianum poema, in quo sententiarum pondus, ἔ dictionis puritas, ἔ vis poetica reperitur tanta, quantum fere in cæteris quibuscunque hujusce ævi poetis frustra quæsieris: illud certe effecit, ut præclarum illum poetam Anti-Lucretianum tam ingenio quam dignitate eminentissimum Galliæ minime invideamus.

Postremo quod ad hęc μελετήματα attinet — nollem equidem ut tibi legenti placerent perinde ut mihi non ita pridem placuerunt; quia nollem animo accidere tuo ægritudinem illam, quæ potissimum hujusmodi lectionibus delinitur ἔ recreatur: ut tibi placeant tamen valde cupio: quod si fiat, τῷ θεῷ nostro, homini certe nec maligno nec illiberali, pro benevolentia tuâ favebis, hęc unà mecum vota concipiens, ut illi in posterum morbi contingant non nisi sanabiles, — non nisi quos ipse stilo describere valeat — vel potius, ut omnis deinceps similiter scribendi occasio præcidatur.

ΤΩ ΕΝ ΟΞΟΝΙΩ
ΠΑΝΤΩΝ ΑΝΤΑΞΙΩ ΑΛΛΩΝ
ΑΡΧΙΗΤΡΩ
ΡΙΧΑΡΔΩ ΦΡΕΥΙΝΩ
Ο ΔΕΙΝΑ
Ο ΑΝΩΝΥΜΟΣ
ΤΩ ΠΟΛΥΩΝΥΜΩ
Ευημεριαν και Ευθανασιαν.

ΟΙ ΜΕΝ ΕΛΛΗΝΕΣ ΕΠΙ ΤΟΥ ΑΙΣΚΛΗΠΙΣ ΝΑΟΥ
ΦΟΙΤΑΙΝ ΕΙΩΘΕΣΑΝ, ΟΙ ΤΕ ΝΟΣΕΟΝΤΕΣ, ΟΙ
ΤΕ ΤΩΝ ΝΟΣΩΝ ΑΠΑΛΛΑΓΕΝΤΕΣ· ΟΙ ΜΕΝ ΩΣ ΤΗΣ
ΙΝΤΕΙΧΗΣ ΔΕΘΟΜΕΝΟΙ, ΟΙ ΔΕ ΩΣ ΤΩ ΘΕΩ ΕΥΧΑ-
ΕΙΣΗΣΟΝΤΕΣ· ΩΣΑΥΤΩΣ ΚΑΙ ΕΓΩ, Ο ΑΜΦΟΤΕ-
ΡΩΝ ΓΕ ΕΝΕΚΑ ΕΠΙ ΣΕ, Ω ΤΩΝ ΑΙΣΚΛΗΠΙΑΔΩΝ
ΠΡΟΣΒΙΣΕ, ΠΟΛΛΑΚΙ ΦΟΙΤΑΙΝ ΕΙΩΘΩΣ, ΕΝ ΤΩ

νυν τυχή σὺν αγαθῇ αὐδῆς παρρημί σοι,
καὶ τῶν παλαι μεμνημένῳ σωτηρίῳ,
καὶ χρεῖσθρα θυῶ, ἀνθ' ὧν εὐ ἐπαθόν
χρεῖν ἀνταποδίδοναί βελομένῳ ὡς καλ-
λίστα. Ποιὴν δὲ ταύτην λέγω; καὶ δὴ με-
γαλὴν νῆ Δία σοὶ οφείλω, εἴπερ τὸ νεσημα-
τῶν θανάσιμων ἰαθῆντα ὑγαινεῖν ποθῆνοτα-
τον τι χρῆμα παρ' ἀνθρώποισι νομίζεται·
τοιαῦτα ὑπο σου ὠφελήμενος εὐλογίην ταυ-
τῆν εἰκοτῶς ἀνακηρύττω.

Καὶ τοι γὰρ ἔ μόνον ἢ ἐκ φιλοφροσύνης
ἰδίας παρρησίας ἡμετέρη, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
ἢ τὰ συγγραμμάτων ὑποθέσεις τὰ σκοπεῖς ἐκ
ἐξαρτάνειν μοι δοκεῖ ορθῶς πρὸς ἀνδρα
τοιοῦνδε φερόμενη, τὸν ἐν τῇ ἠλεεινῇ εὐδοκί-
μῳτατον, τὸν τε καὶ ἀπολογεῖν ἅμα καὶ
θεραπεύειν ἐπιστάμενον· ορθὰ γὰρ ὡς ἐκ τὰ
παροισκόντῳ ἐπὶ σε παρρησίῳ τὰ ἡμετε-
ρα παρρησιάζεται.

Καὶ

Και εγω μεν τῆσδ', ὅτι καλοῖς κ' ἀγα-
θοῖς ἀνδρασιν ἴδισιν ἀκροαμα νομιζεται,
ἐν τῷ παρόντι ἴδεως ἀν ἐπαδοίω· ἀλλὰ
πῶς ἀνδρα τοιούτου οὐτά κατ' ἀξίαν τις
ἐπαινοῖ' αὐ; ἔ μιν ἐγωγε ῥητορικῶς σεμι-
νολῶν, ἀλλ' ἐργῶ μαλλον ἀνίχαιζομε-
νῶ, καὶ αὐτ' ἐπαινῶν εὐκτηρία προσφε-
ρῶν φιλοφρονεῖσάτα· Τοιγαροῦν, κατὰ το
Ἰπποκράτειον ἐκεῖνο, τὸν τ' Αἰσκληπιόν, καὶ
Υγίαν, καὶ Πανάκειαν ἀφ' ἀμαρτυρομένων
ἐπικαλεῶ, ἀμὰ δὲ ἐπισπενδῶν ὡδ' εὐχρημα·
“ὦ θεοὶ ἀλεξικάκοι, ἀφ' ἄσωζετε ἡμῖν τῆ-
“τονι τὸν ἀρχιῆρον ἀνδρα εἰς τὸ τῶν καμ-
“νοντων κοινῶφελος· καὶ εἴη αὐτῷ ἀπαυ-
“ραδαὶ καὶ βίου καὶ τέχνης δόξαζομένῳ
“ὡδ' ἀ πᾶσιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸν αἰὲν χρό-
“νον.”

Τὸ Δεινὸν

Ν Ο Σ Ο Υ Ν Τ Ο Σ

Καὶ τῶν νοσούντων

Μ Ε Λ Ε Τ Η Μ Α Τ Α.

Πρὸς τὸν ἐν τοῖς μαθηταῖς παιδὶ φίλτατον ὃς πυρεταίνοντι μοι
ὑπηρετῶν παρῆσθι.

ΘΩΜΥΛΑ, παιδῶν πολὺ φίλτατ' ἀλλῶν,
Δύρο μοι θελγέτρα φέρων νοσούντι·
Καὶ λυραν, παῖ, κρῆε, καὶ βασιπὶ μῶς
Τερψίν ἰαλλεῖ·

Εἴγε πῶς ψυχῆς μοι ἀναξιφορμιγῆς.

Μῆσαι κοιμῶν δυσανεκτὸν ἀλγος·

Ἄλλα τι χραισμεῖ μελιγῆρυς ὕμνος

Οὐατὶ κωφῶ;

Παννυχὸς πᾶν ἡμᾶρ ὅλος πυρετῆω,

Ὅσθα φερίθει, λελυτᾶν δὲ νύκτα,

Χρῶς πυριπνεῖει, πᾶσι δ' αὖ δυσωδῆς

Εἰβέταῖ ἰδρῶς.

Ἀναχέο, ψυχῆ, βραδείως ἰσσαν

Νυκτᾶ, φεῦ ποίων ὀδύων γεμισσάν,

Ὀφρα, δυαθυμῶν καὶ αἰωρονυκτός,

Οἰοθῆν οἶος,

Α

Τηκομαί·

Τηκομαι κοιλω δε μοι ωτε βομβω
 Πυκνα θρυλλειτον· περι δ' αιμα θερμον
 Αλλετα· τις μοι κεφαλαλγεοντι

Λοιπον αμυωι ;

Αλλ' εμω μαλλον θεοι εσε παιδι
 Ιλεω, χαιροντα τε Θωμυλαν μοι
 Σωζετ', αλλ' αυτω, οσα μοι φθονειτε,
 Τερπν' επιδοσθε.

Αψλ' Μενιχ. φθιν. εχαλ.

Ταυτη τη ημερα οι παρ ημιν Κωλληγαρχα, εν τη
 επι τω Ριχαρδω τω Ουιντωνιω δικαστη ητηθεντες δικη,
 οικονδε κρατηλθον· ενταυθα ο δεινα, ως τοδ' ειχε, πυ-
 ρετηων, και περι τς παιδς μελετων, μεσονυκταις εν
 ωραις ταδ' αμετρα μετρα ερραφωδιση.

Ω χρυσοπτερυγων, μεγας θρανε, δωτερ ονειρων·

Τι τστο μοι, τ' ενυπνιοις εφιζανον,

Ειδωλον αμφιβαινει ως γερασμιον ;

Ποθεν μολον μοι προς λεχος ηρεμα

Σεμνον προσωπον τστο παρισταται,

Θεοσδοτω παμφαινον αιγλη,

Αμβροστην ανα νυκτος ορφνην ;

Τις ετος εσι μοι σεβασμιος Γερων ;

Ιεροπρεπεσ δεμασ ποδηνεκει εσλη

Λύκοχροω ἠοδημένος, καδδ' αὐ καρῆ
 Δεδήμενος τιαρὰ τετραγωνίῳ,
 Φρεδῶν τε κυκλῆς ομμάτων τυφλόμενος,
 Ἀλαω πρῶτεινων χεῖρε, καὶ βακτηρίῳ
 Ἐπισφάλλῃ ποδῶν δίδυμων βασιν,
 Τίς ἔτος ἐστὶ μοι σεβασμῖος Γερῶν;
 Μελισσοφόρος ἔτος ἐστ' ὁ ΦΩΞΙΟΣ.
 Ω πολλὰ χαιρε, ποτνὶ οἰκοδεσποτῶτα,
 Ὡς ασμενῶς ἴρον σεβομαι κάρη!
 Ἀλλ', ὦ μακαρ, τίφθ' ὠδ' ἀπο δωματων
 Ἐλθῶν Ὀλυμπε νῦν τήνγε
 Ἀμφὶ Μελισσοπολιν βεβηκας;
 Ἡ παιδας οἰκτερῶν ἐπαιλῖα δίκη
 Ὑπερβίως παρ' ἀξίαν ἠτῶμενυς;
 Ἡ ἴνα ὕβριν ἰδῆς Οὐίλλεσσοιο ἀνακτος,
 Ὅς σεο θεσμοθετῆς πολυ φερτερος εὐχεταί εἶναι,
 Ἡς ὑπερνορεῖσι παρ' αἰσαν πάντα δίκων;
 Ὁ δ' αὐ πρῶτωπῶ σεμνος εἶπεν ἤσυχῶ,
 " Ω παῖδες, οντες μὴ κακοι, πρῶως κακα
 " Ἀνεχετ', ἐφ' ὑμῖν τοδὲ γαρ, ὡς σοφὸς πρεπεί
 " Κακῶς δὲ παρχειν ἐξ ἀναγκῆς ἐρχεῖ).
 " Νικᾷ δ' ὅς αὐτῶ μὴ συνοιδε Φαῦλος ὦν
 " Ἀλωσεταί δὲ πᾶς ἐφύβριζων κριτῆς
 " Χρηστῶ μὲν ἐν πειθεσθε μοι δικασπολῶ
 " Θεμῖς παρεδρος ὑμῖν τῶν βεβδύματων
 " Ἐς τέλος ἐξελθῆσα Δίκη δ' ὑπερ ὕβριος ἰχαι.

ΠΡΟΣ ΥΓΙΕΙΑΝ.

Μακαρων μακαρτατη Θεα,
 Ανθρωπινε τερψις βιη,
 Υγεια, πολυ πολυ
 Χρονον ηδη σ' επιποθω,
 Και τηχομαι ματαιως προσδοκων.

Αλλ' ελθε νυν, ω Φιλτατη,
 Απ' αλσεος Περσις
 Φερσ' αμπαυμα νοσενι.
 Ομη δ' εταιρων ελθοι χοροθ,
 Ελθοι δε και Φιλοφρων Ήουχια,
 Και μακρα βιβαν Σθενος,
 Γελως τε Φαιδρω γαιων ομματι,
 Θαλερων τ' ερυθρημα γενειων,
 Χαριτων τ' επιλαμπετω εισαρ.

Μετα σε, πρεσβιζα μακαρων,
 Το λοιπον ναιοιμι βιη.
 Το γαρ ζω τι γ' εστιν; ε πνεειν,
 Αλλ' υγαινειν, και χαιρειν αιμα.

Το Σχετλιακικόν.

ὼ ἡμάρ! ὦ ποσημάρ!
 Μία νύξ! ποσον το νυκτων!
 Ἀμα νυκτες ἡμεραι τε,
 Ἀνερασταῖ ὡς εμοιγε,
 Φθινυθουσιν ισμοιροι·
 Ἀμα Φως σκοτος θ' ὁμοιον.

Ἰπο Πηλιξ καὶ Οἰσῆς
 Κατακειμαι ἡμιφλεκτος·
 Τίς ἀπ' ὄσεων λυθεντων
 Ἀφελοι το δεινον αλγος;
 Ὁ δὲ τηκεται μοι αιων,
 Τα τε νδρ' ἀνδρα ναρκοι,
 Δεμας ολλυται μαρανθεν·
 Ἀμα καὶ Φρενες νοσσοι.

Το δὲ μοι ταρατῆον ὑπνός,
 Πολυ δειμα νυκτιπλαγκτον
 Λεχος ἀμφι καὶ καρηνον
 Μελανοπτερον ποταται.

Το κωων δ' αωρονυκτων
 Ολολυζον ἀμβοαμα
 Στυγα πασαν θασιν μοι
 Ἐπανηγεν ἐμβρεμεσαν.

Ἄγε, Φιλτάτ', εἰ Φιλεῖς με,
 Κωας αἶρε τῆμον αλγος·

Υγιων τε και νοσωντων
 Το δ' ολεθριον μελημα,
 Ακαδημικων τ' ονειδος,
 Κυνας αιρε τ' εμον αλγος.

Το Νυθησκον Δα. παραδειγματῶ.

Τι παθων ποτ' η τι ρεζους
 Αμεριμνος ησυχωμι ;
 Οτε ταυτα μεμψιμοιρῶ
 Ανεμωλεως εβαζον,
 Τοτε Κελευσιος ηλθε
 Χαριεστατος λυρωδων
 Αμα δ' ειπε μειδιασας.

“ Τι ματην σεαυτον αλγεις ;

“ Ποτε τις βροτος πεφυκως

“ Τις ανευ κακων ποτ' εζη ;

“ Σοφος ων το χειρον. οιδεν

“ Επι βελιον κατορθεν

“ Το δ' οπως τυχοις διδαξω.

“ Βλεπε τιν μελωδον ορνιν,

“ Πολ' ελευθεριω, το νυνδε

“ Δολιω σχεθεισαν οικω

“ Αμα νιν βλεπων μαθοιο

“ Παραδειγμα πρῶτητῶ,

“ Παραμυθιαν τ' ανιων.

Carceris impatiens furit indignata volucris
 Ignoti circum pellucida mænia tecti :
 Obstrepit assurgens, & rostro sævit inermi,

Sauciaque

Sauciaque adversis affligit pectora clathris ;
 Ungue tenax hæret plaufasque reverberat alas,
 Summa ferit, ferit ima, fugamque per omnia quærit.
 Heu nihil ista juvant ! animi tum victa quiescit ;
 Et fruitura malis iterat miserabile carmen,
 Multa gemens libertatem sublataque ruris
 Gaudia ; dulcisonans querimonia temperat iras :
 Servitio sensim consuefcit mitior hospes,
 Suaviter exhaustos cantu solante labores.

Πρὸς ἑμαυτον.

Ποθεν αν ποθεν τις εὔροι
 Αναπαυσιν ; ω βεβαιως
 Ανεχς το λοιπον αλγων,
 Φιλον ήτορ ή δε μοιρα
 Τελεσει θεοιο βελην.

Cum sextâ vice secaretur vena.

Ecquis erit modus? O miserere jacentis, Iesu,
 In nostro mors est sanguine, vita tuo.

Το Ευκπηγον.

Μετα δακρυων γωντε
 Μετα Πισεως Δεξς τε
 Επι σε βλεπων θ' ἑμαυτον
 Ικετης, αλιτρεος, αυτο —
 κατακριτος ισαμγη Φευ
 Τι ποτ' ειπω ; ω Ιησς,

Επι σοι γ' ολωσ' ἔπεισθαι·
 Ἐλεησον ὦ Ἰησὺ.

Εἰς ταῦτα τὰ τε Πινδαρος.

Ἐπαμεροί· τι δὲ τις; τι δ' ἔτις;

Τι τις ἐστὶ; καὶ τι δ' ἔτις;

Ὄναρ ὡς σκίας ἅπαντα·

Αἰ, ἐφημερον γενεθλον,

βροτοὶ οὐλυμεῖσθ' αὖ ζῶντες·

Κενα πάντα κ' ἀβεβαία.

Ἐπι κύμα κύμ' ἔπεισι·

Χρονὸς οἰχέται διαρρῶν·

Ἐὰρ ἦλθε, καὶ παρηλθε·

Δεχέται τὸ γῆρας ἦθ' ἦν·

Βιοτὸν δ' ἀπροσδοκῆτος

Θάνατος φθάνει διεργῶν.

Ὅτε δ' ἔρανος φαεινὴ

Θεοθεν κατήλθεν αἰγλή,

Τότε μελιχὸς μοι αἰὼν,

Τότε μοι βίος βιωτός·

βροτοὶ ὄντες ἔδ' ἐν ἐσμεν·

Θεὸς ἰλέως μοι εἴη

Ἐπαρωγὸς ἀδέναντι!

Περὶ τὰς ἰατρὰς.

Δότε μοι πικρὸν, ἰατροί,

Δότε μοι τὸ φίλτρον ὑπὸν·

Βαθύν ὑπνον ὡς καθύδω
 Απαθής δέμας Φρένας τε.
 Αφείτ' ὠδὲ κείμενον με,
 Κεφαλαλγέες μεριμναί.
 Θέλω ἡσυχῶς καθύδω.
 Το γὰρ ἡδόνων κραίστον
 Απολωλεν ὡς ἐμοίγε·
 Μονον ἡδύ μοι το λοιπόν
 Το λελήθοτῶς διαίταν.

ὦ τ' ἀπαθές καὶ ἀναισθητόν! μακαρίζομεν ὑμᾶς,
 Νηπιοί, οἱ κεδνή πῶδρα μητέρι νηδυμον ὑπνον
 Ευδόντες κνυζατέ, τεταρπομένοι Φίλον ἥτορ·
 Ἄλλα μοι αὐτοματῆ φερέται φρέω ἀλλοπερσαίλλος,
 φροντισί κυμαινέσαι, καὶ ομματος ὑπνον ἀπειργεῖ·
 Οὐδ' ἀρα θαλπωρῆ κακῆ εἰσέεται· ἀλλὰ συγ' ἰοδί
 Ἰλεός, ὦ ψυχῶν ἰατρὲ, καὶ ἀλγός ἀμύσσει.

Παρωδική
 Περὶ Σιτισσεως.

Πάντα Γρυηλ, καὶ πάντῃ Σαγῶ, καὶ πάντα Πανάδω.

Δύπερα φροντίδες σφωτέραι.

Sept. 13.

Nunc melius dormire puto quam scribere versus.

Τῆ φιλάτῃ γυναικῶν Φ. . Β. . ὡς αὐτὴ ἀποθανεμένη ὁ ἀνὴρ πα-
ραταῖς καὶ ἐποδύρομενος μελέηματα τοιαυτὰ ἐμελέησε.

Οἰμοὶ! πὶ ποτ' εἰποιμ' αἶψα ὁ δυσμορὸς; ἔρρει τὰ
πράγματα· ἤδη γὰρ μοι τὸ Φάνιδιον, φιλάτον χάρα,
ἀποθνήσκει. Παραλυσίς, ἣν καλοῦσιν, ἀφνιδίως ἐπι-
πεσούσα πληγὴ ἀπλῶς θανατηφόρος, καθάπερ θεονο-
θεύ, κατεπλήξε ψυχίῳ βέλει διαμπερῶς μεσθὴν διαί-
